

antea naulizati teneantur patronis restaurare ipsum naulum (3), et insuper soldos duos pro libra pro pena (4). Vbi autem (5) non erit terminus constitutus, uolumus secundum conuenciones que facte fuerint obseruari sub pena predicta (6).

St. Tiep. A, 40. — Tarr. 43.

(3) terminum non pacauerint, naulum in duplum ex t. i. a. patronis mercatores soluere teneantur — (4) pro pena s. II p. I. — (5) a. omesso. — (6) uolumus sub p. p. quod s. c. que facte sunt obseruetur.

LXXXII. [1] *Quantum iungi debeat patronis et marinariis occa || sione ybernandi* (1).
A. 226

Statuimus quod nauis naulizata ad eundum ad partes Romanie (2), uel ultra mare, uel ad alias partes huius mundi, que ex pacto cum marinariis (3) ybernare teneantur ibidem et Uenecias reuerti, et aliquid iungi debuerit nauis et marinariis pro ybernare, et aduenerit quod (4) ipsa nauis eundo in uiaticum ad alias partes (5) de comuni ybernare debeat uoluntate (6); statuimus quod in illo (7) loco in quo taliter ybernauerit ipsa nauis, totum (8) illud iungatur marinariis et patrono (9) quod ex pacto stabilitum fuerit eis iungi in loco ad quem prius ordinauerant ybernare (10). Nichilominus statuantes ut patroni et marinarii quod primo statutum fuerat teneantur (11) per omia naulizantibus obseruare. Hoc intelligimus || (*ecc. come al cap. LXXX*).

St. Tiep. A, 41. — Tarr. 44.

Var in Q: (1) LXXXVI *De iuncta marinariorum et patronorum*. — (2) p. R. e. — (3) mundi, que c. m. e. p. — (4) q. omesso. — (5) uiatico ad p. a. — (6) u. d. y. — (7) ipso — (8) quo ybernauerit totum — (9) m. i. et patronis — (10) quod est ex p. s. ybernare fuerat ordinatum. — (11) quod statutum quod fuerat primo teneatur

[2]. *De eodem* (1).

Uolumus quod nauis naulizata ire (2) ad partes Ro-

Var. in Q: (1) LXXXVII. *Aliud capitulum*. — (2) i. omesso —